UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. De itinere in hortum Gethsemani. Matth. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

nitentiæ operibus omnes tentationes dæmonis viceris, à conſuetudine peccandi diſceſſeris, ac tuas prauas cupiditates expugnaris. *Qui enim dominatur animo ſuo,* Prou. *ait Sapiens, eſt melior expugnatore vrbium.* 16.

MEDITATIO IV.

De itinere in hortum Gethſemani Matt. 26 Marc. 14 Luc. 22. Ioann. 18.

EGreſſus Ieſus cum diſcipulis trans torrẽtem Cedron, venit in hortum Gethſemani, & ait: Sedete hic donec vadam illuc, & orem. 1. Conſidera quanto cum deſiderio, & promptitudine iuerit ad hortum, vt tandẽ opus redemptionis, ad quod tota vita tãtopere anhelarat, inchoaret. Nam apud B. Lucam dixerat: *Baptiſmo habeo baptizari,* Luc. *& quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?* 12. Anhelabat nimirum primo voluntate ſua: *Oblatus eſt enim quia voluit.* Volenti autem velamanti nihil difficile: deinde duplici igne amoris, vno in Patrem, qui illi mãdarat, vt pateretur; altero in nos, vt pro noſtra ſalute moreretur; *Maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.* quantam ergo

Iſa. 53. Ioan. 14. Ioan. 15.

habuerit, qui poſuit pro inimicis?

8. Iesvs *aſſumpto Petro, Iacobo, & Ioann* *cœpit mœſtus eſſe, pauere & tadere, & ai* *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Con ſidera, Chriſtum triſtari cœpiſſe nō tam d pœnis ſuis ſibi impendentibus, quā de to tius orbis peccatis, qui mœror tam vehe mens fuit, vt ſolus ad mortem inferend ſuffecerit: vt diſcas compati proximo dāno, & viciſſim inania mundi gaudia p amore Dei contemnere. 2. Conſidera, quando tædium in actionibus pietatis e ercēdis obrepat, non putemus idcirco ſuo ſpirituali fructu deſtitui, ſed poſt tę um porro progrediamur cū Chriſto, mox ſolatium etiam angelicū non deer

9. *Et ipſe auulſus eſt ab eis, ac progreſſus p* *ſillum, quantum iactus eſt lapidis, poſitis g* *nibus procidit in faciem ſuam ſuper terra* Conſidera, quam inuitus relinquat ſuo auulſio enim violentam abſtractionem ſi gnificat. 2. nota orandi ritum? figit hum genua quaſi reus capitis ob ſcelera noſtra proiicit ſe in terram velut immolandu pro noſtra ſalute & velut omnium mort lium indigniſſimum; ac vero digniſſim qui omnium pedibus proteratur: vnde di ſcimus in tribulationibus primum ad De

eſſ

PAS

eſſe, omn
currendu
humilim
grauia fu
ris Chriſt
in terram
plius.

De

O *Ra*
ſi p
me: veru
ſint. Con
crymis, &
ſtolus, c
ter; cand
quo mai
cum affe
ditione ſ
rit. 2. con
tionem i
me horr
tamē in
ſequi vo
qui vol

eſſe, omnibus impedimentis abiectis, recurrendum: deinde vſurpandam ſæpe hanc humilimam ceremoniam. 3. conſidera, quã grauia fuerint peccata noſtra, quæ humeris Chriſti impoſita ira pondere ſuo illum in terram depreſſere, vt nõ potuerint amplius.

MEDITATIO V.

De oratione Chriſti, & agonia. *Luc. 22.*

ORauit IESVS *tertio & dixit. Abba Pater ſi poſſibile eſt, transfer hunc calicem à me:* veruntamen, *non mea, ſed tua voluntas fiat.* Conſidera, Chriſtum cum multis lacrymis, & clamore valido, vt loquitur apoſtolus, cum geminatione vocis *Pater, Pater*, eandem orationem iteraſſe: vt diſcas, quo maior impendet afflictio, eo maiori cum affectu, & diutius orandum, idq; cõditione ſemper adiecta, ſi Deo ita placuerit. 2. conſidera ſummam Chriſti reſignationem in re grauiſſima; nam licet maxime horreret futura tormenta & mortem, tamẽ in ijs ferendis voluit paternã potius ſequi voluntatem, quam ſuam, & ita ſequi voluit, vt etiam optarit ſibi man-

Heb. 5.
Chryſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN